

# AD LECTO //

R E M.



Non est optime lector  
ut hic à nobis expe=  
ctes perpetuam quã  
dam dictionis phra=  
sim, aut elaboratam  
sermonis elegantiam  
quod tamen argumẽ  
tum tale expostulas=  
se uisum fuerit, sed  
hoc potius obserues,

a nobis perlectum quicquid Historicorum erat apud la=  
tinos, modo sit literis diuulgatum, quod Imperatorum res  
gestas sit amplexum, Et quemadmodum talium rerum  
scriptores, diuersis claruere ingenijs, utpote quidam co=  
piofi & elegantes, contra alij iciuni & pene tota uenusta  
teor ationis denudati, Non est etiam quod mireris a nobis  
dictionem fuisse mutatam, utcunq; enim se obtulit hysto=  
ricus, ita occasionem æmulationis dederunt. Præterea exo=  
ratos uelim omnes antiquitatum studiosos, ut si quæ penes  
se habeant nummismata ueterum, à nobis nec uisa nec ima=  
ginibus expressa (quibus relictam in libello uides sedem)  
communicent, conferantq; sua cum his nostris effigiatis,  
intelligent credo hos labores non omnino frustra nec absq;  
artificio susceptos. Sunt tamen nihilominus quedam etiã

N ij ub